



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 8. Solitudo dat pretium, æstimationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

poterat inhærere mandatis cœlestibus: & ideò se abscondebatur. S. Ambros. ep. 41.

Cumq; recessissent à civitate - dixit Dominus ad Josue: leva clypeum. Jos. 8. 15. 16. 18. Extra urbem Hayenses cœsi. Cur Deus hostes non tradit in ipsa civitate: Orig. hom. 8. in Jos. Hac interpretatur chaos: chaos autem locum, vel habitaculum, esse noverimus contrariarum virtutum; quarum rex, & princeps, diabolus est. Ut vitia, & diabolus, vincas, in deserto, & solitudine, cum Christo pugna. Naxera hic §. 21.

Conclufit Vago ostia cubiculi, & abiit. Judith 13. 1. Male meritis es de domino tuo, leno: armasti enim pudicitiam valvarum oclufione. Egressa Dina violatur à Sichem. Gen. 34. 1. obsepta Judith triumphat, & jugulat Holofernem. Oliva l. 2. Strom. §. Egrone sepulchrum Christi.

Sepem circumdedit ei. Math. 21. 33. Sollicitus Dominus de vinea. Ecclæ 10. 8. *qui dissipat sepem, mordebit cum coluber.* Id. ib.

Imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum. Luc. 10. 34. Quid curarioni cum stabulo? Eductum è via, in qua fauciamur, clausura ita fulcit; ut etiam sine unguentis, duobus tantum denarijs, absolvi curatio possit seminecis. Id. ib. Valerianarium tuum, ô ægrote, ô languide, cella tua est. S. Bernardus ep. ad fratres de vita Solit.

Nonne dimittit 99. in deserto, & vadit ad illam, qua perierat? Luc. 15. 4. Si desertum relinquit, ut ovem perditam quærat; non in deserto perditam fuit; sed in uribus, & oppidis: ut eam reducat; in desertum vult humeris suis deferre. Vide, quò miseriarum deveniat ovis, ubi ad frequentiam populorum divertit. Alvarez in Gen. 45. Illustr. 271. Ovem errantem requisivit pastor bonus, relicto 99. in solitudine, hoc est, in superno loco cœlesti. Solitudo enim est cœlum, & à mundano tumultu sequestratum, plenumque omni tranquillitate, & pace. Theophylactus in Luc. Mirabar, pastorem 99. oves sine custode derelinquere, ut unicam invenire possit. Chariorne illi unius hominis, quàm 99. salus? minime. Ità enim pastor perditè ovicula studet inventioni; ut reliquas oves nulli discrimini objiciat. Cuiam ergo reliquas commisit? certè Deserto; quò solet homines accuratissimè custodire. Escobar. t. 6. Par. Chr. l. 11. p. altera. de ovicula.

O solitudo beata! ô ereme, mors vitorum, vita virtutum. S. Bernardus hom. de verb. Dom. in illud, simile est reg. cœlor. homini negotiatori.

§. VII.

Solitudinis derelictio sordes trahit, nocet.

Afferam pauxillum aque, & lavate pedes vestros. Gen. 18. 4. Idem dicebat

Loth. Hinc illa Religiosorum tam celebris consuetudo (quod Glossa ordinaria, seu Strabo Fuldenfis in c. 28. Gen. notavit) ut venientibus de via fratribus pedes lavarent. Alludit hæc consuetudo ad illud Joan. 13. 10. *qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet.* hoc est, qui mundus est, non propterea tam mundos ex omni parte habet pedes, quin aliqua apud illum maneant imperfectiones, & navi. Religiosi ergo foris redeuntis pedes lavantur; ut intelligat, se non tam perfectum revertisse, quàm abierat: & fortè de terra, quam calcavit, labeculam quampiam contraxisse. Did. Niff. Pol. Cœlor. p. 1. l. 5. c. 5.

Semei veritam egressionem carò luit. 3. Reg. 2. 37. 42. 46.

Sordes ejus in pedibus ejus. Thren. 1. 9. *deposita est vehementer, non habens consolatore* ib. Ecce tota tibi civitas luctui, fletui, tradita sine consolatore. Sed unde hi fletus? & sine consolatore lamenti causa? *Sordes ejus in pedibus ejus.* Si non ad terrena, & lutea, bona egredieretur; si gloria ejus esset ab intus. Baeza t. 1. l. 5. c. 2. §. 2.

Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho. Luc. 10. 30. Qui ab Jerosolymis recedit ad Jericho, id est, qui à cella egreditur ad hominum diverticula, incidit in latronum manus. S. August. contra Pelag. Jerusalem paradisi, ubi pax, & lætitiæ; Jericho Mundus, in quo omnia orta occidunt sicut luna. Escobar. t. 6. Par. Chr. l. 11. sect. 2. Obs. 2.

Quantò quis latius foris extenditur, tantò intus minoratur. Thom. Kemp. l. 3. ad Novit.

Fluvius exundans omnem in se infert immunditiam; & sic turbidus, & obscærus, fluit. Talis est homo, qui, solitudine relicta, vagatur foras. Diez. Dom. 3. Quadr.

§. VIII.

Solitudo dat pretium, astimationem.

Posuit velamen super faciem suam. Ex. 34. 33. Moyses cum Domino collocutus faciem ostendit coruscantem; quò visò filii Israel fugati: velò idcirco radios obnubilavit. Vel apud sæculum plus fulget, cum à creaturis remotior, numiniq; propinquior. De creaturarum accessu lumen obfuscat, & splendoribus velum obducitur: fulgentior in tabernaculo, obscurior in populo. Naxera in Jos. 14. §. 43.

Ibat in desertum locum, & turba requirerant eum. Luc. 4. 42. Vis à sæcularibus quæri, eos noli quærere. Joannes in solitudine; sed turbis vallatur. Petrus arcessitur à Cornelio, dum in solario domus orat. Act. 10. 22. Oliva l. 13. Strom. hic.

Q9993

Alind

61

con-
nem,
quòd,
dum
amo.I.
non
gu-
are;
Dei:
cum
2. f.stis,
quòd
tio-
c. demt.
s ab
cir-
pen-
nan-
fia:
llis.
elo-
gnæ
tus.Se-
ad-
en-
in
in
or;
de
im
vi-
nit.
no-
ta-
gi;
n,
ur.ni-
n-
lis
n.
n-
e-od
as
ui
ni-
ex
o-
e,
9.
er.
ui

Aliud cecidit secus viam; & conculcatur est. Luc. 8. 5. Granum juxta viam, virtus in publico, conculcatur; proficit in recessu, & honorabilis ostenditur. Escobar. t. 6. Parab. Chr. l. 8. Sect. 1. obs. 4. Fugiamus civitatum, & vicinorum, celebritates: ut, qui in civitatibus, & vicis, habitant, ad nos concurrant. Amemus solitudines: ut, qui nos in presentia fugiunt, ad nos pelliceamus. - Joannes quidem Baptista in solitudine versabatur; & civitates ipsæ cum hominibus ad eum confluebant. Luc. 3. 3. S. Nilus lib. ascet.

§. IX.

Solitudinis aliæ utilitates, & motiva.

Thesaurum abscondito in agro. Matth. 13. 44. Cur invenit in agro, & non in civitate? in quo negotiator reperit margaritas? Resp. instrumur: ut ad comparandum thesaurum, qui est regnum cælorum, egredi debemus è domo, urbe, ac tumultu. Secundo plus donorum cælestium reperitur in solitudine, quàm turbâ. Sylveira hic q. 3.

Jesus autem plenus spiritu S. &c. Luc. 4. 1. Planè spiritu S. pleni non sunt, sed vanitate humidi, qui per plateas aguntur: nam Christus Deo plenus fugit in eremum. Thesaurum in Evangelio. Matth. 13. 44. homo qui invenit; vadit, & abscondit. Ità tu, qui largiùs divinò rore complueris; eò magis recede ab hominum consuetudine. Oliva l. 13. Strom. hic.

Quidam, cùm senem interrogasset, unde hoc fieret, quòd sibi molestum esset in cella federe? accepit: quia nondum prospexisti in futuram requiem, vel afflictionem: si enim hæc animò diligenter inspicias, & mediteris; etiamsi cella tua vermes scaturiat, ut ad collum usque immergaris in illis; sustine-

res utique absque molestiâ ullâ, & difficultate. S. Dorotheus Abb. Doctr. 12.

§. X.

Solitudo in turba.

Dile gentes sunt in utero tuo. Gen. 25. 23. *Et duo populi ex ventre tuo dividuntur.* Una erat, & populos internè gestabat. Fors in domùs abditis degebat abscondita; & tamen ibi populari tumultu afflictabatur. Plures in solitudine degentes populos animò gerunt, & tumultibus perturbantur. Naxera in Jos. 24. §. 15.

In urbibus, quasi in solitudinibus, versans: quòd hominum congressus illius virtutem nihil læderet. S. Greg. Naz. orat. funeb. de S. Basilio fratre suo.

Sinè turbatione versabatur in turbis: sinè otio tempus, quod otio dederat, transigebat. S. Bernardus vitæ S. Malachia Ep.

Ad orandum etiam in turba solitudinem reperiebat. Vitæ S. Bernardi l. 1. c. 4.

Miscellanea.

Urbis conversationem, & mille malorum occasiones, reliqui; meipsum relinquere nondum potui. S. Basilius ad Gregor. Naz. de vita solit.

Solitudo vera est, abstrahere mentem à sollicitudine, & occupatione, actionum exteriorum, ab omni delectatione creaturarum; omnes affectiones, voluntates, intentiones, unanimiter, in quantum potest, dirigere in Deum. S. Albertus M. parad. an. c. 32.

S. Franciscus dicebat: corpus est cella, & anima est eremita; quæ moratur in cella, ubicunque sit, etiam inter homines, ad orandum Dominum, & meditandum de ipso. Ità Lucas Wadingus in anaal. Min. Ag. 1212.



TITU-